



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxxvi. De postulando.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

Si de præsentatione ecclesiæ quæstio erit: vt <sup>9. Præ-</sup>  
 præsentationem vnus habeat, & alter nouam <sup>terea.</sup>  
 vel solita maiorem percipiat portionem, transi-  
 gi nequito. si fiet: ne valeto.

Sed & spiritualem subiectionem matrici eccle <sup>10. Præ-</sup>  
 siæ debitam annuo censu per transactionē redi- <sup>terea ij.</sup>  
 mere subiectę ecclesiæ ne liceto. si ita transactū  
 erit: simoniacam prauitatem continere putator.

*De postulando. Tit. 36.*

**H**Actenus iudicum officia, & pastorum con-  
 uentiones, deinceps eorum qui coram iudi-  
 cibus stant, suum, vel amicorum desiderium ex-  
 ponentes, vel alterius contradicentes, officia ex-  
 plicantor. Inter hæc eorum qui postulabunt pri-  
 mæ partes sunt.

Hoc neque hypodiaconi & supra, nec in mi- <sup>1. Clerici.</sup>  
 noribus ordinibus constituti, si stipendiis eccle-  
 siasticis sustentabuntur, coram seculari iudice  
 in negociis secularibus exercento.

Si tamen pro seipso, vel ecclesia sua, vel, cum <sup>3. Cum sa-</sup>  
 necessitas erit, pro coniunctis, vel miserabilibus <sup>cerdotis.</sup>  
 personis id facient: sic prodesse liceto. Clericus  
 autem qui contra ecclesiam, à qua beneficium  
 obtinet, pro extraneis vel aduocatus vel procu-  
 rator erit, ingratus beneficio ipso spoliator.

Neque monachi, neque canonici regulareis <sup>2. Ex par-</sup>  
 forensis, vel ecclesiastici negocij susceptores, vel <sup>te.</sup>  
 exequutores, nisi id monasterii vtilitas exposcet,  
 abbate nihilominus imperante, sunt.